TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0189

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

12.3
N° 189

FORMULA
DELLE CERIMONIE
da praticarsi nel ricevere
LE VERGINI SECOLARI
all'Abito e le Novizie alla
Professione
nel Venerando Monastero
di
SANTO AGOSTINO
di Udine
ridotta nella presente forma
dal
P. B. F. G. D. B. D. S.
Suo Confessore.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

CERIMONIE DA FARSI
nel dare l'Abito alle Vergini Secolari

VEnuto il giorno determinato facia la Vergine la S. Communione, indi dopo dato il segno all'ora conveniente si vesti con Abito modestamẽte decente, e nel mezzo della M. R. Mẽe. Priora e della Mẽe Mra: delle Novizie processionalmente vadano alla Porta del Monastero a due per due cantando il Salmo - Quemàdmodum desiderat Cervus &c.

Il Sup: o altro di Lui sostituto vestito con Amitto, Camice, Cingolo, Stola, e Piviale di color bianco accompagnato con gli altri andera alla Porta del Monastero, dove avrà a trovarsi la Vergine nel mezzo delle sopradette, e di quivi sia condotta alla Chiesa, dove arrivata il Sup: prenda dalle mani d'un Ministro con Cotta vestito l'Asperforio, ed' asperga con l'Acqua santa la Vergine, e tutti i Circostanti, e nell'entrare in Chiesa si canti Véni Sponsa Christi accipe corònam, quam tibi Dòminus preparàvit in æternum. se saranno più Vergini si dica: Prudentes Virgines aptàte vestras làmpades, ecce Sponsus venit exite obviam ei. ~.

Di poi entrata in Chiesa si ponga ginocchioni in luogo a tal effetto preparato e fatta al Ss:mo Sacramto: breve Orazione s'invii all' Altar maggiore, ed' il Sup: pure ivi postosi a sedere, facia alla Vergine le qui sotto interrogazioni. Sia ancora dalla parte sinistra dell'Altare un Tavolino coperto sopra del quale siano posti gli Abiti e quanto s'aspetta al Vestire. ~.

S: Aperi Filia cordis aures, & Dòmini vocem audi dicentem: Venite ad me omnes, qui laboràtis, & onerati

ràti estis & ego reficiam vos, tollite jugum meum super vos & discite a me quia mitis sum & hùmilis corde. Nunc ìtaque singulis interrogàtis accòmodam responsiònem redde Deo tuo. Certissimè enim scire te còvenit ipsum Salvatòrem nostrum hìc adèsse & quæ à te procèdunt verba attentis auribus percìpere. Ut quid ergo hùc accessisti Filia? V. R. Ut habitem in Domo Dòmini omnibus dièbus vitæ meæ ut vìdeam voluntàtem Dòmini & vìsitem Templum ejus; dilèxi decòrem Domus Dei & lòcum habitatiònis glòriæ ipsius.

S. i. Ita ne statuisti in corde tuo non habens necessitàtem, potestàtem autem habens tuæ voluntàtis?

V. R. Sic judicàvi in corde mèo & voluntàriè sacrificàbo Dòmino, quoniam bonum est elègi enim abiècta esse in Domo Dei mei, magis quam habitàre in tabernàculis peccatòrum hæc rèquies mea in sæculum sæculi, hìc habitàbo quoniam elègi eam.

S. i. Vide Filia quæ pacta cum Deo ìniveris adsunt enim Angeli promìssa tua à te repetenda in secùndo Christi adventu invisibilitèr describentes. Si igitur Moniàlis fieri constituisti, humilitàtem compara, obbedièntiam ama, & molestias quibus illa quæ secundum Deum est vita insignìtur, obsèquium omnibus èxibe, mundànæ consuetùdinis arrogàntiam depòne, in oratiòne persevèra, in jejùniis animo ne despòndeas, ab his quæ retrò sunt animum avèrte, cuncta terrèna, imò & Parentes & Propinquos dèseras, cuncta ne hujùsmodi sic pollicèris in spe abbundãtiæ virtùtis Dei?

V. R. Ità Deo cooperante. Ecce enim elongàbo fùgiens & manèbo in solitùdine expectans Deum, qui me salvam fàciet. Quid enim mihi est in Cœlo & à Dòmino quid vòlui super terram: Deus cordis mei & pars mèa Deus in æternum, mihi adherère Deo bonum est & pònere in Eo spem meam.

Termi-

Termina questa risposta, il Superiore prenda la Croce a tal effetto sopra l'Altare preparata, e la dia alla Vergine da vestirsi, dicendo:

S. Accipe Filia cárissima Crucem Dòmini nostri Jesu Christi paràta propter eum cuncta pati, & in mandàtis ejus die, ac nocte proficere. Esurire tibi necesse erit, & sitire, opprobriis àffici, & humiliàri; sed cum hæc omnia sustinueris, gaude, quia merces tua magna erit in Cœlo.

La Vergine pigliando, e baciando la Croce, e ponendosela su la spalla dica:

V. R. Mihi absit gloriàri nisi in Cruce Dòmini nostri Jesu Christi, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo.

Il Superiore subito prenda la Corona, e gliela ponga in capo.

S. Attènde Filia disciplinam Religiònis Matris tuæ, àccipe illam, & glorificaberis ab ea, cum ipsam fueris amplexàta, dabit Dòminus càpiti tuo augumènta gratiàrum, & corò-na inclyta pròteget te.

V. R. Inclinàbo aurem meam ad verba Matris meæ, custòdiam ea in medio cordis mei, in reliquo repòsita erit mihi Corona justitiæ, quam reddet mihi Dòminus in die visitàtionis meæ.

S. V. Adiutorium nostrum in Nòmine Dòmini.

C. V. R. Qui fecit Cœlum, & Terram.

S. V. Salvam fac Ancillam tuam.

C. V. R. Deus meus sperantem in te.

S. V. Mitte ei Dòmine auxìlium de Sancto.

C. V. R. Et de Sion tuère eam.

S. V. Esto ei Dòmine turris fortitùdinis.

C. V. R. A fàcie inimici.

S. V. Nihil proficiat inimicus in ea.

C. V. R. Et filius iniquitàtis non apponat nocère ei.

S. V. Domine exaudi oratiònem meam.

C. V. R. Et clamor meus ad te veniat.

S. V.

℣. Dòminus vobiscum.
℟. Et cum spìritu tuo.

Orèmus.

MIseràtor & misericors Deus, qui illibàta bonitàtis viscera ad te accedentibus semper aperuisti, & sæculi vanitàtibus renuntiantes, carnisque cognatiònibus, dignos te fore sanxisti, hanc etiam Ancillam N. mundum cum pompis suis relinquentem, & seipsam tibi Dòmino hòstiam vivam, & beneplàcitam offerentem, benignus suscipe, deduc illam in veritàte tua, & toto corde prostràtam, omnipotenti virtùte prètege à facie inimici, in sanctitàte tua custòdi illam, annùmerans eam, cum finis ejus advènerit, Electòrum tuòrum societàti. Per Christum Dòminum nostrum. ℟. Amen.

E subito il Superiore (tutti ginnocchiati) intuoni l'Inno infrascritto, e le Cantore prosieguìscano.

VEni, Creàtor Spìritus,
Mentes tuòrum vìsita,
Imple superna grà tia,
Quæ tu creàsti pèctora.
Qui diceris Paràclitus,
Altìssimi donum Dei,
Fons vivus ignis Chàritas,
Et spiritàlis unctio.
Tu septiformis mùnere,
Digitus Paternæ Dèxteræ,
Tu rite promìssum Patris,
Sermòne ditans gùttura.
Accende lumen sènsibus,
Infunde amòrem còrdibus,
Infirma nostri còrporis,
Virtùte firmans pèrpeti.
Hostem repèllas lòngius,
Pacèmque dones pròtinus,
Ductòre sic te prævio
Vitèmus omne nòxium.

Per te

Per te sciàmus da Patrem,
Noscàmus atque Filium:
Teque utriùsque Spìritum
Credàmus omni tempore.
Deo Patri sit glòria,
Et Filio, qui à mortuis,
Surrèxit ac Paràclito,
In sæculòrum sæcula. Amen.

S. V. Adiutòrium nostrum in Nòmine Dòmini.
C. V. R. Qui fecit Cœlum, & terram.
S. V. Dòminus vobiscum.
C. V. R. Et cum spìritu tuo.
S. Orèmus.

PRæsta nobis quæsumus Dòmine auxìlium gràtiæ tuæ ut quæ te auctòre facienda cognòvimus, te adiuvante impleàmus. Per Christum Dòminum nostrum. C. R. Amen.

Terminata questa Orazione la Vergine da vestirsi vada à ginocchiarsi al suo Luogo, e ritorni all'Altare quando dovrà communicarsi con il Superiore e si spogli del Piviale e si vesta del Manipolo, e Pianeta di quel colore che dovrà celebrarsi la S. Messa, quale sarà del Santo che cade essendo doppio o vorrà dello Spirito Santo con la Commemorazione della Madonna, e del P. S. Agostino o della Madonna con la colletta dello Spirito Santo e del P. S. Agostino e doppo communicate seco stesso, faranno un la Vergine da vestirsi. Terminata la Messa, e deposta la Pianeta e Manipolo di nuovo si vesta con il Piviale per benedire li Vestimenti.

Benedizione delli Vestimenti.

S. V. Adiutòrium nostrum in Nòmine Dòmini.
C. V. R. Qui fecit Cœlum & Terram.
S. V. Dòminus vobiscum.
C. V. R. Et cum spìritu tuo.
S. Orèmus.

DÒmine Jesu Christe, qui tègumen nostræ mortalitàtis indùere dignàtus es obsecràmus immensàm tuæ largitàtis abundàntiam, ut hoc genus vestimenti, quod Sanctus Pater noster Augustinus ad innocèntiæ & humilitàtis indìcium abrenuntiàntes sæculo ferre decrèvit, tu ità bene ✠ dìcere & sanctificàre ✠ dignèris, ut hæc famula tua N. quæ ea indùta fuerit, te Dòminum, & Salvatòrem suum indùere

merèatur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus per omnia fæculorum. ℟. Amen

Benedizione del Veli.

S. DEus, qui per Beàtum Chriſti pronùbium alièenas Sponſas propter Angelos in Eccleſia velàri juſſiſti, immenſæ pietàti tuæ inceſſàbiles gratias agimus, quod in cætus nuptàrum tibi Virginum Angelòrum vita traducta illàrum càpita regulàris Veli obumbràtione muniſti, & ſúpplices quæſumus clementiam tuam, ut hæc velàmina ſuperna benedictione perfundas, quàtenus fàmulæ tuæ, quæèadem gèſſerit ſint armatùra pudòris, Velum verecúndiæ, & gàlea ſalùtis à fácie inimici. Per Chriſtum Dòminum noſtrum. Amen.

Benedizione della Cintura.

S. OMnípotens, & miſéricors Deus, qui peccatòribus pietàti tuæ véniam quæréntibus, miſericòrdiam tribuiſti, oràmus immenſam clemèntiam tuam, ut hanc Corrigiàm bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficàre dignèris, ut hæc famula tua N. quæ pro peccàtis ſuis ea cincta fuèrit, te velòcius ſequàtur, vèniam, & indulgèntiam tuæ miſericòrdiæ conſequàtur. Per Chriſtum Dòminum noſtrum. ℟. Amen.

Benedizione della Vergine da veſtirſi.

S. DOmine Deus virtùtum ſupplices deprecàmur clementiam tuam, ut hanc fàmulam tuam miſeratiònis tuæ abundàntia ab omni vetuſtàtis corruptione expurges, & capàcem ſanctæ novitàtis efficias. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

S. ADèſto Dòmine ſupplicatiònibus noſtris, & hanc fàmulam tuam bene ✠ dicere dignàre, quæ in ſancto nòmine tuo noſtro Sacræ Eremitànæ Religiònis hàbitum veſtire deſiderat, ut te largiènte, devòta in ea perſiſtat & vitam percipere mereàtur æternam. Per Chriſtum Dòminum noſtrum. ℟. Amen.

Dette le Orationi ſi aſpergano con l'Acqua ſanta le Veſti, e la Vergine, dicendo ſopra di eſſa:

S. Dirigàtur Domine oratio mea ſicut incènſum in conſpèctu tuo.

Terminate le benedizioni, ritirai la Vergine, come di ſopra accompagnata alla porta del Monaſtero dove ſtenole Religioſe a riceverla nella medeſima maniera, che erano quando da quello an-

diede

diede in Chiesa e subito dalle Cantore sia intuonato il qui sotto Salmo 83. e la Vergine nel mezzo della M.R. Madre Priora e la Madre Maestra delle Novizie sia introdotta alla Finestrella che risguarda dalla Chiesa interiore all'esteriore per quivi prendere il santo Abito.

QUàm dilècta tabernàcula tua Dòmine virtùtum! * concupìscit, & dèficit ànima mea in àtria Dòmini.
Cor meum & caro mèa * exultavèrunt in Deum vivum.
Etenim passer invènit sibi domum: * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
Altària tua Dòmine virtùtum: * Rex meus & Deus meus.
Beàti qui hàbitant in domo tua Dòmine: * in sæcula sæculòrum laudàbunt te.
Beatus vir cujus est auxìlium abs te: * ascensiònes in corde suo dispòsuit, in valle lacrymàrum in loco quem pòsuit.
Etenim benedictiònem dabit Legislàtor, ibunt de virtùte in virtùtem: * vidèbitur Deus deòrum in Sion.
Dòmine Deus virtùtum exàudi oratiònem meam: * auribus pèrcipe Deus Jacob.
Protèctor noster àspice Deus: * & respice in fàciem Christi tui.
Quia mèlior est dies una in àtriis tuis: * super mìllia.
Elegi abiectus esse in domo Dei mei, * magis quàm habitàre in tabernàculis peccatòrum.
Quia misericòrdiam & veritàtem dìligit Deus: * gràtiam & glòriam dabit Dominus.
Non privàbit bonis eos, qui àmbulant innocèntia: * Domine virtùtum, beatus homo, qui sperat in te.
Glòria Patri & Filio, &c.

Terminato il Salmo, la Madre Maestra delle Novizie deve spoliare la Vergine degli Abiti secolari, dicendo

M. Exuat te Dominus veterem hominem cum àctibus suis.
C. R. Amen.

E subito dalla Madre Priora con l'Abito della Religione sia vestita, dicendo:

Pri: Induat te Dòminus novum hòminem, qui secundum Deum creàtus est in justìtia, & sanctitate veritàtis.
C. R. Amen.
No: Gaudens gaudèbo in Dòmino, & exultàbo in Deo Jesu meo, quia induit me vestimentis salùtis, & indumènto justìtiæ circum-

circùndedit me.

Dipoi la Madre Priora cingendola con la Cintura dica.

Pri Accipe Corrigiam super lumbos tuos ut sint lumbi tui præcincti in signum temperantiæ, & castitatis. Ry Amen.

Ed il Superiore data alla Madre Priora la Forbice per la tonsura dei capelli dica la qui sotto Orazione, stando la Novizia davanti alla Finestrella genuflessa.

Oremus.

S. DIlectissimi Fratres & Soròres Dòminum nostrum Jesum Christum pro hac famula sua, quæ ad deponendam comam capitis sui pro ejus amore festinat, ut donet ei Spiritus Sanctus, qui habitum Sanctæ Eremiticæ Religionis in ea perpetuò foveat & à Mundi impedimentis & a sæculàribus desidèriis cor ejus defendat ut sicut in capite mutatur & vultus ita ìnterna mentis ejus virtutis illi trìonat incrementum, & ab omni cæcitàte spiritali oculos ejus operiat, eique æternæ gratiæ lumen infundat. Qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitàte Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculórum. Ry. Amen.

Terminata questa orazione, la Madre Priora tagli alla Novizia un pocco de capelli nel mezzo, dalla parte destra, e sinistra del capo, e le altre Religiose compiano la tonsura, nel qual tempo si canti dalle Cantore in Coro:

C. Hæc accipiet Benedictiònem à Domino, & misericórdiam à Deo salutàri suo.

Dipoi la Madre Priora ponendole il Vèlo sopra il capo dica:

Pri Jesu Christi tui Sponsi redímita velàmine mortificatiònem Passiònis ejus in tua carne circùnferas.

E la Novizia velata risponda:

N Beata velàmina, quibus culpa obtégitur, innocéntia revelàtur. Domine Domina virtus salutis meæ obumbrásti caput meum in die belli, non tradas me in desidèrio meo peccatòri.

E la Madre Priora di nuovo le ponga in capo la Corona, ed il Superiore, essendo la Novizia genuflessa dica.

S. TUère quæsumus Angelam tuam Pater charitàtis & glòriæ, ut quasi in horto clauso & fonte signata tèneat claustra pudicitiæ, fœnìcula veritàtis agrum suum cólere nòverit, fœtes in ea gratiam & resúrgentes charitàtem invèniat quem dilèxit tèneat cum nec dimittat donec bonis illa vúlnera charitatis aperiat quæ èpulis præferuntur, semper paràta noctibus & diébus toto spiritu mentis invigilet, nec unquam

Deo

Dæmon eam invéniat dormiéntem, & quoniam vult se Dilectus tuus sæpius quæri, ut adsit Deo, vígilet cor ejus caro dórmiat, ne malè incípiat vigiláre peccátis. Tu Dómine adiúnge alios castitátis ornátus, adiunge fédulos pios cultus, ut nóverit vas suum possidére, nóverit humiliári dilectiónem tèneat, veritátis murum, pudóris septum, non tíneæ velámen ejus, non vincant cupressi, non vincant Túrtures pudicitiam ejus, simplicitátem ejus non vincant Colúmbæ, sit in corde simplícitas, in verbis módus, erga omnes pudor, pietas erga propínquos, circà ægènos & inopes misericórdia, quod bonum est téneat, ab omni spécie mali abstíneat, vèniat super eam benedictio moritúri, & os víduæ benedícat eam · pone ut signáculum verbum in corde ejus Christo elúceat, Christum inténdat, Christum loquàtur. Aquæ multæ non possint extinguere ejus charitátem, nec persecútio, nec gládius, nec periculum, sed confirmáta in omni verbo & opere bono, glóriam tuam induat, & in tua grátia conservètur in hoc Mundo. Sanctifices eam in veritáte, in virtúte confirmes, in charitáte connéctas, atque ad illam Cœlestem glóriam pudicítiæ, & integritátis corónam illibátam immaculátamque Divíno favóre tuo perdúcas, ut illic Agni tui sequátur vestígia, in meridiáno pascat, & in meridiáno máneat, nec in greges sodálium incidat, sed Agnis tuis adiuncta sine offensióne versètur comes Vírginum Pedíssequa Mariæ. Per eundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum & cum Spíritu Sancto tuo vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Dipoi il Superiore dica alla Novizia, postosi però egli prima a sedere.

S. Filia carissima Mundum cum omnibus pompis suis fugísti, Patèrnum Domicílium cum Consanguìneis tuis deliquisti, mores, Domino adiuvante, mutábis, itaque ut nihilum de Sæculi fastu tibi in mente adsit, & perfectiùs Deo cui te totam dicasti vacáre vàleas, bonum est ut aliud nomen à sæculári èligas. Quómodo ergo vis vocári?

℟. Nomen meum si tibi admodum Pater Reverende placuerit, erit N. N.

S. Itaque in futurum per aliud nomen non tibi licèbit respondère, quàm S. N. N.

SUBITO

E. subito

E subito il Superiore (e tutti ginocchiati) intuonino l'Inno **Te Deum laudamus** &c. e le Madri in Coro alternativamente fin all'ultimo lo proseguiscano.

S. V. Dominus vobiscum.

C. V. R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

DEus, qui non vis mortem peccatórum, sed misércors & clemens per pœniténtiam & emendationem piùs vitam semper inquíris & placáris, te suppliciter deprecamur, ut huic Ancillæ tuæ **N.** sæculáribus omnibus actibus renuntianti, largæ tuæ pietatis clementiam infundere dignéris, quátenus castris tuis inserta ità tibi militando stadium vitæ præsentis percurrere valeat, ut brevitem æternæ remuneratiónis te donante percipiat.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & córporis sanitate gaudére & gloriosa Beatæ Maríæ semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristítia & æterna perfrui lætítia.

ADesto supplicationibus nostris Omnípotens Deus, & quibus fidúciam sperándæ pietátis indulges, intercedente Beato Patre nostro Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Dipoi il Superiore preso l'Aspersorio con l'Aqua Santa dica Pax & Benedictio Dei Patris & Filij & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper vobiscum.

C. R. Amen.

Il che fatto, la Novizia si levi di ginocchioni, e dia il segno di santa pace alla Madre Priora, e successivamente a tutte le altre Religiose, quali nel medesimo tempo cantino il seguente Salmo:

ECce quàm bonum & quàm jucúndum, * habitáre fratres in unum.

Sicut unguéntum in cápite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod

Quod descendit in oram vestimenti ejus. * Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, * & vitam usque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

CERIMONIE
da praticarsi
nel ricevere
LE NOVIZIE
AGOSTINIANE
ALLA S. PROFESSIONE
nel Venerando Monastero
di
SANTO AGOSTINO
di Udine.

VEnuto il giorno che la Novizia deve far la
sua Professione si vestirà [illegible]
[illegible] bianchi come [illegible]
[illegible] Altare o un altro [illegible]
[illegible]

Benedizione delle Vesti

S. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
C. ℟. Qui fecit Cœlum & Terram.
S. ℣. Dómine exaudi oratiónem meam.
C. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
S. ℣. Dóminus vobiscum.
C. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

S. DÓmine Jesu Christe, qui tegumèntum mortalitatis nostræ indúere dignàtus es, obsecrámus imménsam tuæ largitátis abundàn-

tiam

tiam ut hoc genus indumenti, quod Sancti Patres [illegible] ad humilitatis indicium, abrenuntiantes sæculo ferre sanxerunt, tu ita benedicere & sanctificare digneris ut hæc famula tua quæ eo induenda fuerit te Dominum & Salvatorem suum induere mereatur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Orémus

DEus æternorum pastor & fidelissime promissor & certissime perfector, qui vestimentum salutis & indumentum jucunditatis tuis fidelibus præmittis, clementiam tuam humiliter exposcimus ut hoc induméntum humilitatem cordis & contemptum mundi significans quod hæc famula tua visibiliter est informanda propósito, propitius bene ✠ dicas ut beata ab ea [illegible] habitum, quem te inspirante suscepit, [illegible] custodiat & quamvis tuus Vernaculus Religiósus, Sancti Patris [illegible] Augustíni indúere volumus, beata facias immortalitate vestiri. Per Dominum nostrum Jesum Christum. ℟. Amen.

Oremus.

DOmine Deus bonárum virtútum dator & omnium benedictionum largus infusor, te omnixius deprecámur, ut hanc vestem benedícere & sanctificáre digneris qua famula tua pro tuæ cultu agnoscéndæ Eremitanæ Religiónis induere desiderat, ut inter reliquas Augustinias Moniales tuæ agnoscátur dicáta. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

[illegible]

Benedizione del Velo Cintura e Candele.

S. DOmine Jesu Christe Fili Dei vivi, cujus Apostolus mirabilem Sexum in signum subjectionis humilitatis, & honestáti velamen super caput habere præcépit quæsumus super nos velaminibus istis unde tuæ bene ✠ dictiónis virtutem & nunc corrígias benè ✠ dic de Cœlo & sanctifica ✠ qua. Fámula tua peritúra te velócius sequátur nec ultrà ad Mundi illécebras revertatur & jugiter supernas Candélas copiósiæ tuæ bene ✠ dictionis gratiam benígnus infunde & concede propítius, ut sicut ignes accensi nocturnas dispellunt ténebras, ita cor hujus Ancillæ invisibili igne irradiatum omni vitiórum cæcitate cáreat, & purissimum spiritum illuminata fulgere, & te veráciter agnoscat, & te tempet fidéliter diligat. ℟. Amen.

Terminata la Benedizione s'asperga con Acqua santa e s'incensi. E la Novizia dalla prima Badessa viene condotta avanti l'Altare, e quivi genuflessa, e fatta la Confessione, le viene posto il Velo nero, e data la Candela accesa in mano, e poi ritirata al suo luogo, dove resta fino alla Professione.

S. Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum & domum Patris tui & concupíscet Rex decórem tuum quóniam est Dóminus Deus tuus: Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altíssimo vota tua, & invocá sacrificium justitiæ, & spera in Dómino. Tolle jugum Christi super te, & discе ab eo, quia mitis est, & húmilis corde, & invénies requiem animæ tuæ, jugum enim ejus suave est, & onus ejus leve.

℣. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi

nes tuæ voluntarie oris mei beneplacita fac tibi & judicia tua doce me, bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti, & sic psalmum dicam nomini tuo & reddam vota mea de die in diem.

℣. Vis regulam Sancti Patris nostri Augustini profitèri?

N. ℟. Volo Pater, Domino cooperante.

Dopo il Superiore intuona l'Inno Veni Creator Spiritus, *come sta a carte 4. La Novizia stà genuflessa e terminato dal Cantore l'Inno il Superiore dice*

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabitur.

℟. Et renovabis faciem terræ

℣. Dominus vobiscum

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Mentes nostras, quæsumus Domine, Paràclitus qui à te procédit illúminet, & indúcat in omnem sicut tuus promísit Filius veritàtem. Qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculòrum. ℟. Amen.

Benedizione della Novizia.

℣. Domine Jesu Christe lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, infunde bene ✠ dictiónem tuam super hanc Ancillam tuam N. & eam sanctífica ✠ lúmine grátiæ tuæ, ut grátia Spíritus Sancti illustráta, omnium vitiorum caritàte careat, & purgato mentis oculo cérnere possit, quæ tibi sint placita, & pro viæ salúti utilia, donec post hujus sæculi caliginósa adversa ad lucem indeficientem perveníre mereatur per te Jesu Christe Salvàtor Mundi qui in Trinitàte perfécta vivis, & regnas Deus in sæcula

fæculorum. ℟. Amen.

La Novizia o Novizie se ne staranno ritirate la benedizione s'adorano lo, poi se ne vanno dalla finestrella, e voltata la faccia a quella si mettano ginocchioni con le mani giunte, e con la faccia guarda la Terra, e dal Superiore si dica:

Kyrie eléison. C. Christe eléison. S. Kyrie eléison

dica poi Pater noster.

S. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem

C. ℟. Sed libera nos à malo.

S. ℣. Salvam fac Ancillam tuam.

C. ℟. Deus meus sperantem in te.

S. ℣. Domine exàudi oratiónem meam.

C. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

S. ℣. Dominus vobiscum.

C. ℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

S. CHriste Deus noster, qui virginitátem ità dilexísti, ut dispensatiónis tuæ Matrem illam renuntiáres, ipse omnium Dómine fámulam tuam N. mundánas omnes, ac temporáneas glórias relinquere, & in tuæ bonitátis sinu quiéscere cupiéntem, suscipe, Spíritus tui Sancti lúmine illam dignam éffice, ut in occursu supercœléstis Sponsi bonórum óperum splendórem tibi placéntem exhibeat qui cum Patre, & eódem Spíritu Sancto Deus vivis, & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Dopo posta a sedere dica una Novizia

S. Surge Filia, & orna lámpadem tuam, ecce Sponsus venit, exi obviam ei.

E la Novizia si alzi e cammini un poco con modesta gravità, e dica:

℟. Ecce

N. Ecce venio ad te dulcissime Jesu, quem amàvi, quem quæsivi, quem semper optàvi, suscipe igitur me secundum elòquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatióne mea.

C. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio Templi tui.

– Questo si facia tre volte alzando il Superiore sempre un poco più la voce & il simile fà la Novizia à Contóre. Poi venuta in Presenza la terza chiamata davanti il Superiore gli dà la Mano & resta in Piedi avanti del Superiore già detta Madre Priora de tutta riverenza parimente, & avanti la Madre Maestra inginocchiata in capo il velo, la Madre Priora dica:

Pri.ª Accipe Filia carissima Velum benedictum quod immaculàtum perferas ante Tribùnal Júdicis Æterni, cui flectitur omne genu Cœlestium, terrestrium, & infernòrum, quo cognoscàris Mundum contempsisse & te Christo veràciter, humilitèrque toto cordis affèctu perpetuàliter subdidisse, qui te ab omni adversitàte defendat & ad vitam perdùcat æternam. ℟. Amen.

N. Posuit signum in fàciem meam, ut nullum præter eum Amatòrem admittam.

Dopoi la Madre Priora nel medesimo il Manto dica.

Pri.ª Accipe Filia carissima hoc salutàre indumèntum, quod veneràbilis Sanctus Pater noster Augustínus illèsum custodivit, ut per ejus immitatiónem ipsius cœtui aggregàta, & innocentiæ stola circùmdata, ad mensam æterni convivij sedens cum Dómino nostro Jesu Christo animàrum sanctárum Sponso, in sæcula sæculòrum. Amen.

N. Induit me Dóminus vestimento salùtis & indumento lætitiæ circùmdedit me.

C. Recède jàm Soror de voluntàte sæculi, & indue

constantiæ virtutem, ambula in habitu sancto cum verecundia, modestia, & sanctitate.

S. Dominus vobiscum.

C. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

S. OMnipotens sempiterne Deus, qui sub magno Patre nostro Augustíno in Ecclesia tua sancta grande Filiórum & Filiárum exércitum contra hostes invisibiles adunásti, Sorórem nostram nóviter sub tanti Patris milítia collum jugo suppónere voléntem, amóre Sancti Spíritus accende, ut per obedientiam, castitátem (illegible), quas modò, te inspiránte, profitéri vult, ità militándo tibi Regi Regum, præsentis vitæ stádium percúrrere váleat, ut felicitátis æternæ coróna, devicto, triumphatóque Mundo cum pompis suis, te donante, percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Terminata questa Orazione la Novizza ginocchiata d'avanti al Superiore, & alla Madre Priora legga con voce alta la sua Professione secondo questa forma:

N. In nómine Dómini nostri Jesu Christi benedicti. Amen. Anno Nativitátis Ejusdem millésimo N. N. Die N. Mensis N.

Ego Soror N. N. Filia N. N. N. & N. N. N. coníugum Civitátis, vel Loci N. N. Paróchiæ Sancti N. N. Professiónem fácio & promítto obediéntiam Deo Patri Omnipotènti & Beátæ Maríæ semper Vírgini Beatóque Patri Augustíno, ac Admodum Reverèndæ Matri N. N. hujus Convèntus Sancti N. Priorissæ ejusque Successóribus legitimè eléctis & tibi Admodũ Reverendo Patri N. Fratri N. N. hujus N. N. N. nomine

& vice

& vice Reverendíssimi Patris Magístri Fratris N. N. Prióris Generàlis Ordinis Eremitàrum Sancti Patris Augustíni, & Successórum ejus canonicè intrántium, & vívere sine pròprio (dove ora dice di vivere di povertà) & in castitáte secúndum hanc Régulam ejúsdem Sancti Patris nostri Augustíni, (& in perpetua Clausúra, dove ora dice) usque ad mortem.

Terminata la Professione, il Superiore dica:

S. Ego nomine & vice Reverendíssimi Patris nostri Generàlis Magístri Fratris N. N. & auctoritáte qua fungor accépta Professiónem tuam & cum corpore mystico nostræ Sacræ Religiónis, & si quæ dixísti observáveris promítto tibi vitam ætérnam. In Nómine Patris, & Filij, & Spíritus Sancti. Amen. in fine

Dopo la Professa vada davanti all'Altare, e sopra quel che sta in carta dove già scrisse la sua Professione similmente dica:

Pro: Sicut tu Dómine Jesu Christe Ætérno Patri pro mea salúte in sacrifícium super Altáre Crucis te ipsum obtulísti, ità ego tibi hodiè húmili & contrito corde me totam in hóstiam vivéntem óffero & sacrífico, teque suppliciter oro, ut pro tua pietáte me suscípere dignéris. Et quia ad implènda quæ vovi me infírmam agnósco, rogo te misericordiosíssime Jesu, ut qui dedísti vovendi voluntátem, tribuas etiam perficiendi facultátem. Amen.

Terminata questa Orazione la Professa fatta all'Altare reverenza, ritorni alla finestrina, e genuflessa davanti alla Madre Priora faccino il Superiore parimente, & il medesimo dica:

S. Memor esto Filia promissiónis tuæ ubi & cui promiseris considera, me audis, Priorissam vides, sed ministri Jesu Christi sumus, ergo secto schèdulam voluntàriæ

promissiònis tuæ in Cœlo tenèri.

E dopo la Madre Priora le dia la Regola dicendo

Pro. Accipe Filia Règulam, sub qua hódie vívere constituísti, quam si sédula observávers, pax super te, & Dei misericórdia.

Pro. Deus meus vòlui, & legem tuam in medio cordis mei.

Co. Deo gratias.

La Professa posta, in piedi avanti l'Altare la Regola, ricevuta dalla sua Priora, e dal Superiore le si dia la Candela, dicendo

S. Accipe Candèlam in manibus tuis in signum supernæ illustratiònis & inflamàntis charitàtis, ut sis lucerna ardens super Candelàbrum sanctum, & luceat lux tua coram homínibus, ut vídeant ópera tua bona & glorificent Patrem tuum, qui in Cœlis est. In nómine Patris, & Filij, & Spíritus Sancti. Amen.

E nel porle la Corona in capo, dica:

S. Quasi Sponsam decóret hódie te Coròna Dóminus.

Pro: Benèdic ànima mea Dóminum & òmnia interióra mea nòmini Sancto ejus. Benèdic ànima mea Dómino & noli oblivíscí ejus, qui coròna te in miseratiònibus, qui replet in bonis desidèrium tuum.

C. R. Ipsi es desponsáta, cui Angeli assistunt, * Cujus pulcritùdinem Sol, & Luna mirantur. ℣. Ipsi soli serva fidem, ipsi te tota devotióne committe. * Cujus pulcritùdinem Sol, & Luna mirantur. Gloria Patri, & Filio, & Spíritui Sancto. R. Ipsi es desponsata, cui Angeli serviunt Cujus pulcritudinem Sol, & Luna mirantur.

E poi il Superiore con voce alta dica:

S. R.

S.℣. Immola Deo ſacrificium laudis.
C.℟. Et redde Altiſſimo vòtà tua.
S.℣. Dómine exàudi oratiònem meam
C.℟. Et clamor meus ad te veniat.
S.℣. Dominus vobiſcum
C.℟. Et cum ſpiritu tuo.
S. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humànæ fragilitatis infirmitàtem agnoſcis, reſpice quæſumus ſuper hanc Fámulam tuam & riga tuæ benedictiònis abundantia imbecillitàtem ejus corrobora ut promiſſa nunc vota quæ præveniendo aſpirasti per auxilium grátiæ tuæ ſanctè piè ac religiòſe vivendo váleat vigilánter obſervare & obſervando vitam promereri ſempitèrnam

S. Oremus.

EGrédere Domine Jeſu in die ſponſàliam tuorum, ſuſcipe jam diudum devotam tui ſpiritu, nunc etiam profeſſiòne imple agnitiòne voluntàtis tuæ, aſſume ab initio in ſalutem, in ſanctificatiòne ſpiritus, & fide veritàtis, ut dicat Fàmula tua tenuiſti dexteram meam, & voluntàte deduxiſti me, & in gloria aſſumpſiſti me. Aperi manum tuam, & impie animam ejus benedictione ut ſalvam facias ſperantem in te & fiat vas in honòrem ſanctificatum ante Domino, ad omne opus bonum, probàtum per illam æternàlem Crucem, per illam venerabilem glòriam Trinitatis, cui eſt honor gloria, perpetuitas Patri, Filio, & Spiritui Sancto, nunc & ſemper per omnia ſæcula ſæculòrum. ℟. Amen.

[illegible] Te Deum laudàmus.

e le Cantore lo proseguiscano fin' all' ultimo, e terminato la Professa genuflessa dica:

Pro. Súscipe me Dòmine secúndum elòquium tuum, & vivam. *Le Cantore ripetino*

C. Súscipe me Dòmine secúndum elòquium tuum & vivam

Pro: Et non confundas me ab expectatióne mea.

C: Secúndum elòquium tuum & vivam

Pro. Glòria Patri, & Filio, & Spíritui Sancto

C. Súscipe me Dòmine secúndum elòquium tuum, & vivam.

Pro: Adiuva me, & salva ero, Domine.

C. Et meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Il Superiore dica:

S. ℣. Dominus vobíscum.

C. ℟. Et cum spíritu tuo.

S. Oremus.

OMnípotens sempiterne Deus, cujus charitatis ardóre succénsa hæc Fámula tua stabilitátem suam tibi in hac sacra nostra Augustiniána Religióne promúendo tuo jugo coltum submísit concede propitius, ut in ultímo tuo exámens cúe in dextera tua collocáta cuncta suæ devotiónis promíssa se adimpléssse lætétur.

Oremus.

AGnósce Dómine Jesu Christe hanc Fámulam tuam inter oves tuas, ut ipsa te agnóscat, & aliénum Pastórem non sequátur, nec audiat vocem alienórum, sed tuam, qui dicis: Qui mihi ministrat me sequátur.

Oremus.

SAncte Spíritus, qui te Deum ac Dóminum revelári dignátus es, postulámus imménsam tuæ Majestátis abundántiam, ut sicut ubi vis spíras, sic & huic Fámulæ tuæ affectum devotiónis indúlgeas, & quóniam

tua.

tua frœnentia condita est tua quoque providèntia gubernetur quam juxta consuètam tibi gratiam unctio tua de omnibus dòceat, & per intercessiònem Beatissimæ & Gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ & Sanctissimi Doctoris Patris nostri Augustini, quem hujus Sanctæ Religionis Institutòrem & Fundatorem dedisti, & omnium Sanctòrum ad observàntiam sanctæ propòsiti, fac eam ita fervère ut tribulationibus & angustiis ita indeficienti consolatiòne valeat respirare & juste ac pie per verum humilitàtem in fraterna charitàte fundata, vota, quæ te donante promisit, felici perseverantia, te adiuvante, adimplère mereàtur. Per Christum Dominum nostrum R. Amen.

Dipoi levata dalla Madre [illegible]

[illegible]

Magne Pater Augustine,
Preces nostras súscipe,
Et per eas Conditòri
Nos unire sátage,
Atque rege gregem tuum
Summum decus Præsulum.
Amatòrem paupertàtis
Te collaudant paúperes:
Assertòrem veritàtis
Amant veri Judices:
Frangis nobis favos mellis,
Descriptùris dísserens.
Quæ obscúra prius erant,
Nobis plana fáciens.
Tu de verbis Salvatóris
Dulcem panem cónficis,

Et propi[illegible]

Et propìnas potum vitæ
De Psalmòrum nèctare.
Tu de vita Monachòrum
Sanctam scribis règulam,
Quam qui amant, & sequùntur
Viam tenent règiam,
Atque tuo sancto ductu
Rèdeunt ad Pàtriam.
Regi regum salus, vita,
Decus, & impèrium.
Trinitàti laus, & honor
Sit per omne sæculum,
Qui concìves nos adscribat,
Supernòrum Civium. Amen.

Terminato, torna la Professa appresso del Superiore, e le Cantore dicano:

℣. Ora pro ea Sancte Pater Augustìne
℟. Ut digni efficiàmur promissiònibus Christi
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spìritu tuo.

Orémus.

DEus, qui Beatìssimum Ecclèsiæ Doctòrem Magnum Patrem Augustìnum de tènebris géntium revocàsti, mundòque spreto, tibi soli militàre fecìsti: tribue quæsumus huic Fámulæ tuæ sub ejus magistèrio ad tuum sanctum servìtium festinàre, & perseveràndi constàntiam & perfectam usque ad finem victòriam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Prenda un fiore il Sacrestano l'Aspersorio con l'Acqua Santa e aspergendo la nuova Professa dica:

℣. Benedìcat te Deus Pater Omnípotens, qui te vocàre dignàtus est in partem Sanctòrum, in lumine, & Angelico Cœtui annumeràre. Amen.

BENEDICTIO PAPALIS

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini

℟. Qui fecit Cœlum & Terram.

℣. Salvum fac Populum tuum Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Omnipotens, & misericors Deus da nobis auxilium de Sancto, & vota populi hujus in numeritate [illegible] veniam peccatorum poscentis tuamque benedictionem propitiatus, & gratiam, clementer exaudi: Circumda eum tuam tuam super eum benignus extende ac plenitudinem Divinæ benedictionis effunde: per Deum omnibus cumulatus felicitatem, & vitam consequatur æternam Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postquam ad Cornu Epistolæ accedat, ut in Actis Eccle. in Medio versus ℣. 4 Ex. tans in cornu Epistolæ, non trina hoc est tribus Signo Crucis, sed una benedictione omnes videlicet Signo Crucis benedicat proferens alta voce hæc verba:

Benedicat vos Omnipotens Deus Pater, ✻ & Filius & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

ABSOLUTIO GENERALIS

Facta Confessione à Moniantibus Sacerdos dicat:

Miſe[illegible] vestri Omnipotens Deus, & [illegible]lis peccatis vestris [illegible] vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis Omnipotens & misericors Dominus. ℟. Amen.

Dominus noster Jesus Christus per suam piissimam misericordiam & Sanctissimam Passionem vos absolvat, & ego auctoritate, qua fungor, & quatenus mihi concessa est absolvo vos à vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, & interdicti, & à macula apostasiæ si incurristis, & restituo vos Sanctis Sacramentis Ecclesiæ, & communioni Fidelium, si te esse dicit. In nomine Patris, ✠ & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

Eàdem auctoritàte mihi concèssa in quantum possum & ad cautelam dispenso vobiscum ab occultis culpis, & irregularitatibus transgressionibus Regulæ Domini nostri Dòminus noster Jesus Christus vos absolvat & ego auctoritàte, qua fungor absolvo vos In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen

Pro specialibus pœnitentia omnes recitent semel Pater noster & Ave Maria.

Oremus.

Deus omnium fidelium Pastor & Rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę præesse voluisti, propitius respice; da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præest proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per &c.

Oremus.

Deus, in cujus manu sunt corda Regum, inclina ad Preces humilitatis nostræ aurem misericordię tuę & Imperatori nostro famulo tuo Francisco regimen tuę sapientię appone, ut hauſtis de tuo fonte consiliis & tibi placeat, & super omnia regna præcellat. Per &c.

Pro Rege

Oremus

Quæsumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus & vitiorum monstra devitare, & ad te, qui via veritas, & vita es, gratiosus valeat pervenire. Per &c.

Dum danda est Benedictio SS.mi Sacramenti.

℣. Panem de Cœlo præstitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti: tribue quæsumus, ità nos Córporis, & Sanguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Defende, quæsumus Dómine Beáta María semper Virgine intercedénte istas ab omni adversitate Rempublicam, & Civitátem, & toto cordé Tibi prostratas ab hostium propitius tuère clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus

Gratiam tuam quesumus Domine mentibus nostris infunde ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus per passionem ejus & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Xtum Dominum nostrum.

Oremus

Deus cujus Providentia in sui dispositione non fallitur, Te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas et omnia nobis profutura concedas. Per Xtum Dominum nostrum.

Oremus

Omnipotens, et misericors Deus, qui humano generi ad salutis remedia e vitæ eternæ munera contulisti, respice propitius famulam tuam N.N. et animam refove, quam creasti, ut in hora exitus ejus absque peccati macula tibi Creatori suo per manus Sanctorum Angelorum repræsentari mereatur. Per &c.

Oremus

Deus qui salutis eternæ Beatæ Mariæ Virginitate fecunda humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, ut ipsa pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dnm nrm Jesum Filium tuum. Qui Amen.

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, salus eterna credentium: exaudi nos, pro famulo tuo infirmo pro quo misericordie tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Xtum

Deus qui culpa offenderis penitentia placari, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur, averte. Per Xtum

Deus in quo vivimus, movemur et sumus, pluvia nobis tribue congruentem ut presentibus subsidiis sufficienter adjuti sempiterna fiducialiter aspetamus. Per Xtum

Conscientias nostras quesumus Domine visitando purifica, ut veniens Dominus Jesus Xtus filius tui sanctam sibi in nobis inveniat mansionem. Per Xtum

S. Nicolaum

Concede quesumus omnipotens Deus, ut Ecclesia tua, que Beati Nicolai Confessoris tui virtutum et miraculorum gloria corruscat, ejus intercessione et meritis perpetua pace, ut a unitate [illegible]

Oremus

Deus cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissimæ Majestati tuæ pro collatis doni gratiæ agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Xtum Dominum nostrum.

Ad postulandam serenitatem

Ad te nos Domine clamantes exaudi, et cæteris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur misericordia tua præveniente clementiam sentiamus. Per Xtum etc.

Facta Professione S.ᵉ dicat

Et ego accepto Professionem tuam, et unio corpori mystico Sacrę Religionis S. Patris Augustini; et si quę dixisti observaveris promitto tibi vitam ętevnam. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

In festo S. P. Augustini.

Oratio

Deus, qui abditiora Sapientię tuæ arcana beato Patri Augostino revelando, & divinę Charitatis Flammas in ejus corde excitando, miraculum columnę nubis & ignis in Ecclesia tua renovasti: concede; ut ejus ductu mundi vortices Feliciter transeamus, & ad æternam promissionis Patriam pervenire meæ reamur. Per Xtũm Dominum nostrum

BIBLIOTECA CIVICA

In festo SS. Cordis D. N. J C.

℣. Hauritis aquas in gaudio.
℟. De fontibus Salvatoris.

Oremus.

Concede quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui corde gloriantes, præcipua in nos caritatis ejus beneficia recolimus: eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per eumdem Dñm.